ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 97r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



facto de mulieris assensu adhibuit quo mediante utrique
alterius vicissim facilius valeat agnoscere volun-
tatem et sua beneplacita secretius indicare et quod
etiam occultus amor inter eos possit perpetuo gubernari
Et secretarii officio legationis assumpto sociali fi-
de confracta sibi nomen amantis assumsit
et pro se ipso tantum cepit sollicitus esse. Cui prefata domina
cepit urbanis fraudibus assentire sic tandem cum
ipso compleuit et eius universa vota peregit mi-
les vero pro fraude sibi facta commotus Campanie
Comitisse tota negocii seriem iudicauit Et
de ipsius et aliarum dominarum iudicio nephas predictum
postulauit vindicare Et eiusdem comitisse ipse
fraudulente collaudauit arbitrium Comitissa vero
acquisita sibi hora numero dominarum rem tali iudicio dif-
finiuit Amator iste dolosus qui suis meritis
dignam reperit mulierem que tante facinori non
erubuit assentire male acquisito fruatur amore
si placet et ipsa tali digne fruatur amico utrique tamen
imperpetuum a cuiuslibet alterius persone maneat
segregatus amore Et neuter eorum ad dominarum
cetus vel militum ulterius curias non deuocetur
quia ipse in militaris ordinis fidem commisit et
illa turpiter dominarum pudorem in secretarii
consensit amorem De frustrato Amore

Ad hec dum miles quidem cepit mulieris
cuiusdam amore ligari que amori alterius
erat obligata est ab ea spem consecutus
amoris quod si quando contigerit eam sui coamantis amore

97